UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Rei vxoriæ actione & ex stipulatu actione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

a ¶ Unde ſit quod a ipſa ad fundū dotalē alienatū conſtante matrimonio rei vēdic. tione agere non poſſit vt per glo.in.l. doce.hic alle.ꝛ p Bar.in.l.cum vir. ff.de vſucap.ꝛ in l.eſtimatis. ff.ſol. matri.ꝛ gl.inſtit. quib.aliena. licet. in prin.d.But.in c.cū cōtingat. de turciur.ꝛ ibidem per Bald. conſuluit Alex.in conſilio.xc.iiij. parte. Phi.Decius.

b ¶ Speciale.Vid gl.ij.hic ꝛ Cy.

c ¶ Ex mero mutuo. Uide Bald. in.l. pecunie.ī.de ſolu. ꝛ Bart in.l. certi condictio.§. ſi nummos.ꝛ que ibi dixi.ff.ſi certū petatur.

vel quaſi dotali,non in certis rebus mariti, in
2 quibus dic vt.ś.in.l.proxi.¶ †Glo.q̄rit vtrum vxor ſit dn̄a rei dotalis conſtante matrimonio:ꝛ dic ꝙ ſic,ſi ſit dn̄ium large ſumptū.Sed ſi ſtricte pro vero dn̄io, a ſecus:vt.ś.de rei vē. l.doce ancillam nō pōt negari quin penes eam quedam reliquie dominij remaneant re ꝛ nomine,vnde habet commoditatem ꝛ alimenta ex re.qđ no.¶ In text.ibi,actiōes moueri.no. actiones in plurali.ꝛ ſic loquitur de actiōe pſonali ꝛ reali:vt dixi.ś.l.proxi.¶ †In tex.ibi,
3 claruerit.no.ſingularem tex.ꝙ nō dicitur mulier eſſe in mora agēdi anteq̄ ſit certū eueniſſe caſum repetitionis.ꝛ dies interpellat creditorem hic.Et inducit in eum moram agendi,verum eſt,quando ipſe ſcit,ſed dies in quo poteſt probabiliter errare,non interpellat pro hoie. qđ facit optime ad no.in.l.magnam.ī.de ꝯhē. ꝛ cōmit.ſtipu.In tex.ibi,ficti illud qđ lex pōt introducere ſecundum veritatem:non intēdit introducere ficte ꝛ improprie. h.d.facit.ff. ſol. mat.l.filie mee emancipate.in gloſſ.ibi,ſcilicet triennij.no.vtrum res dotalis poſſit preſcribi, quam glo.no.

1 ☞ Inſinuatio,que ſit cum principali porrigit ad alium,ad quem lucrum vadit per quandā conſequentiam.

¶ Lex trigeſimaprima.

Cum quidam.

Dos nō indiget inſinuationem: nec quo ad maritū: q: ptēdit cām onerōſam: nec quo ad mulierē.l3 ab extraneo lucrante ptēdat cām lucratiuā. ꝛ ideo tā conſtāte matrimonio vir,q̄ eo ſoluto mulier,emolumentum dotis conſequuntur citra aliquā inſinuationē. h.d.primo.ſcđo,dic ꝙ donatio ppter nup.excedens legitimā ſummā:q: ꝯtinet cām lucratiuam ex parte viri ꝛ mulieris,requirit inſinuationem:tñ inſinuatio viri pdeſt mulieri,ꝛ ecōtrario.qđ eſt mirabile.qđ inſinuatio vnius porrigatur ad alium.ꝛ eſt menti tenēdum.ꝛ.h.d. vſq3 ad.§.preterea.in text.ibi, caſus idem in reſtitutione in caſu diſſoluti matrimonij.in text. ibi,donatione. i.ſolēni.in tex.ibi, propter hoc ꝙ monumenta,id eſt inſinuatio.¶ In tex.ibi, transferre.ipſa nō poterat agere, tamen poterat cedere.Sed certe nō dicitur hic ꝙ ipſa non poſſet:quia marit9 nō poſſet opponere de nō facta inſinuaitone.ar.ff.de dona.l.vt mihi donares.bene dico ꝙ poterat agere,ſed exactum tenebatur reddere dotanti.ꝛ pro nō exacto cogebatur cedere iura:eſto tamē ꝙ no.gl.eſſet.verum eſſet hic ſpāle, quando actio eſt inefficax fauore ceſſionarij.ſecus ſi fauore debitoris: vt dixi.ś.de procu.l.qui ſtipendia.in tex.ibi,infelix.no.ꝙ mulier que non habet dotem,dicitur infelix.in tex.ibi.ſtipulatus ſit.ſit.ī.de pac.conuen.l.ſi ex morte.in fi.in tex.ibi,ſuſpicio.i.conſideratio.ꝛ no.ꝙ liberi nō excludunt ſtipulationem expreſſam.In tex.ibi,ſimili.no.iſtum text.
1 ſm Bar.¶ †In tex.ibi, ad illū:q: inſinuatio que ſit cū principali,pōt igitur ad aliū:ad quē lucrū vadit per quandā cōſequentiā ſm Bar. ꝛ eſt ar.ꝙ ſi heres inſinuet totum teſtm̄,proſit omnibus legatarijs.Itē eſt arg.ꝙ ſi hr̄s producit ſolam inſinuationē animo inſinuādi, nō eſt a modo neceſſe qđ legatarij petāt inſinuationem inſtitutionis:q: prodeſt eis per quādā conſequentiā neceſſariā: cum preſupponit qđ totum teſtm̄ principaliter ſpectet ad heredez, qđ tene mēti.in tex.ibi, vtilitas.i. neceſſitas.in tex.ibi,perſona.ſimile in.l.fi.ī.de indic.vidui.q: ꝛ vxor parificātur.in tex.ibi,caſum,id eſt propter cauſam.

1 ☞ Mora,quandoq3 irregulariter committiť, ꝛ quandoq3 regulariter purgatur.

§. Preterea ſancimus.

Per lapſum biennij in dote ꝯhitur mora irregularis.ex qua veniūt fructus ꝛ vſure ſm taxationē huic.l.ꝛ ſtatim
1 ꝙ matrimoniū eſt ꝯctum,vir pōt petere dotem.h.d.¶ †Dicit hic Pe.ꝙ mora quandoq3 irregulariter cōmittit ur,ꝛ qn̄q3 regulariter purgatur:vt.l.titia ſeio.§.vſuras.de leg.ij.doc.dicūt ꝙ videtur caſus ꝯ gl.l.de diuiſione.ff.ſol.ma.que dicit ꝙ ſtatim ꝙ vir ſupportat onera,mulier eſt in mora preſtāde dotis,cū hic requiratur biēnium. Sed quidam habēt hic quādam gl.paruā.que dicit ſi quis.ſ.extraneus.nā extraneo promittēti dotem nil impletur per ſubiectionem oneris,niſi in implemēto affectionis.ꝛ ideo nō conſtituitur in mora per tale implementum ſed mulieri debenti dote implere reali impletione eoipſo conſtituitur in mora,quia in obligatiōibus reciprocis impletio ex vna parte inducit morā.ex altera parte nō:vt.ś.de act. empt.l.curabit.¶ Alij volunt dicere ꝙ in dote non dicať vir prefecte implere:q: illa impletio debet eſſe ſucceſſiua.ar.no.in.l.j..in fin. gl.ś.de pac.ꝛ de trāſ.l.ſiue apud acta.Tertij dicūt morā committi ſm gl.de diuiſione.ꝛ venire vſuras cōuentas,ꝛ intereſſe:vt extra de vſu.c.ſalubriter.ſed non vſuras maiores hic taxatas.niſi poſt biennium.ſm Bar.qđ eſt ſatis no.ꝛ pbabile.ꝛ tene menti hūc paſſum.q eſt quotidianus.Nos habemus ꝙ mulier pōt petere alimēta dotis etiā ſol.mat.vt in.l.j.§.exactio.poſt prin.ī.ti.proxi.preſertim cū ſtat vidua:q: adhuc videtur eſſe in ſeruitio viri.¶ Econtra autem nunquid vir poſſit petere alimenta dotis cōſtante matrimonio.de quo habentis caſum hic.¶ In tex.ibi,ſi quis,ſcilicet extraneus ꝛ eſt gl. ſua.ꝛ in tex.debet poni.¶ In tex.ibi,totius calculi:quia diſſeparata nō debēt.permiſceri.ꝛ erat dubitatio plurium rerum,ꝛ ideo videbatur fieri deberi coaceruatio ſimul,nō quelibet res per ſe.¶ In tex.ibi,poſt lit.conte.No.ꝙ mora irregularis habet illū effectū quē habet lit.cōte.qđ non reperiť ita clare alibi.¶ In tex.ibi,diuiſione q: vnaqueq3 res per ſe cēſetur,ꝛ in his rebus q̄ p ſe afferūt fructus, venient fructus.in alijs vſura eſtimatione cōi.¶ In tex.ibi,Nec is ſtatuit dilationem quo ad moram irregularem:non tñ quo ad petitionem dotis,quin ſtatim poſſit agi.quod vir ſuſtinet onera.ꝛ hoc ſequitur.concor.ff.ſolu.matri.l.titia.§.vſuras.ꝛ de doli excep.l.pater. ¶ In text.ibi,pars mariti,id eſt ipſe maritus vel alius pro eo.

¶ De rei vxorie actione in ſtipulatu actionem transfuſa,ꝛ de ipſius natura dotis preſtita. Titu.xiij.

¶ In gloſſ.rubrice.ibi,actio:vt.ff.de procu.l.licet.§.ea obligatio. ¶ In ea glo.ibi,ꝛ no.ponit caſum in princi.

¶ Lex vnica.

Rem in preſenti.

¶ In tex.ibi,quod dignū ſcilicet transfuſione.

1 ☞ Stipulatio fingitur quandoq3 vbi non eſt.
2 Actor ſi agat ex mero mutuo,ſufficit probare veram confeſſionem. cum lapſu biennij.
3 Difficilius ex aliquid inducere de nouo,quam factum inutiliter cōfirmare.

§. Rei vxorie.

Pro dote cōpetit actio ex ſtipulatu, ēt ſi ſtipulatio nō interceſſerit,vel interceſ
b ſit inutiliter.h.d.¶ Itē ibi.dotes.ēt certas.ꝛ eſt ſpāle b ꝙ pro dote certa agitur ex ſtipulatu.in text.ibi, reipſa.id eſt ipſo iure.in text. ibi,legitimū.q.d.hoc poteſt ſtipulatio.ergo ꝛ lex. in gl.ſiue a parte. ibi,poſſit dubitari.imo non pōt dubitari:q: eſt caſus hic.ꝛ.ī.proxi. ¶ In ea.gl.ibi,qđ eſt no.hec vera.in gl.ſcilicet cōuentionē.ibi, fingi.¶ Sic ergo no.ſtipulationem fingi, vbi non eſt idem.ꝛ no.ī.eo. l.§.accedit.in verbo preſumatur.Sed tu dic qđ iſta ſtipulatio quandoq3 eſt vera.ſ.qn̄ vtiliter interceſſit,qn̄q3 preſumpta.ſ.cum dubitať an interceſſerit,vel non qn̄q3 ficta.ſ.quando certum eſt caſum non interceſſiſſe.Ex hoc apparet ꝙ ſi eſt actū ex vera ſtipulatiōe, ꝛ non probatur ſtipulatio:tamen actor reportat victoriam.non vi fictionis,ſed vi preſumptionis , per quā veritas allegata probatur:cū ſit preſumptio iuris ꝛ de iure.hec tangit hic.d.Cy.ꝛ eſt not.¶ In ea.
c glo.ibi,quod eſt no.Et facit ꝙ ſi eſt actum ex mero mutuo, c ſufficiat probare veram confeſſionē cum lapſu biennij.nam ꝛ ibi eſt preſumptio numeratiōis.licet Spe.dicat ꝯtrā in tit.de teſt.facit.ff.de verb.ob.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.quod no.multū.in gl.inſpecto iure.no.ꝙ aut eſt defectus ſolēnitatis:aut eſt defectus ꝯſenſus,aut ſubſtantialitatis.ſiſe habuiſti.no.in.l.fi.ś fami.erc.in glo.da exemplū.ibi,adijcio penā in pſona mea,vel impersonalr.in ea.gloſ. ibi,dat robur.obſeruantie,nō obligationi.¶ In ea.ibi,alteri.ꝛ.ff.e. tit.l.liber hō.§.fi.In ea.gl.ibi, cū quidā.ſed ibi vtile ꝯtrahabať:inutili hic aūt vtile veniebat ad ꝯfirmationē inutilis.Jaco.Et no.ꝙ vtile confirmant inutile,quando tendit ad confirmandum.ſic.ff.de mili. teſt.l.ſi certarum.§.fi.ꝛ.l.tribunus.§.fi.ꝛ de adi.le.l.legata inutiliter, ꝛ de leg.j.¶ In ea.l.legata inutilr.gl.l.j.de adī.leg.ſolue:vt hic per Cy.¶ In ea.gl.i fi.ibi,meli9 eſt ar.ꝯ.de ac.ꝛ obli.l.obligatiōes que

non Solu.

non. Sol. qđ illa. l. dicit eſt verum partium cō-
uentione: ar. ẜ. cōia vtri. iu. l. ij. vel ex. l. vel prin-
cipis poteſtate: vt hic. ꝛ. ff. de adoptio. l. ado-
1 tio non iure facta. ℂ † In glo. locus a maiori
non extra gl. quod difficilius eſt aliquid indu-
cere de nouo, quam ſi ſit factum inutiliter con-
firmare. Adde quod no. Jac. But. ff. de pac. l.
legitima. ꝛ. ĩ. de re. permu. l. ex placito.

1 ☞ Tacita hybotheca, que ineſt principali, ineſt in caſu euictionis.
2 Paritas eſt in hypotheca habenda, ſed nõ in iure prelationis.
3 Ficta ſtipulatio, an habeat vim inſtrumenti.
4 Inſtrumentum confeſſionis dotis, qꝛ in ſe tacite continet promiſſionem de reſtituendo, ita mandatur executioni, ſicut expreſſa promiſſio reſtitutionis.

§. Et vt plenius.

Pro dote bona ſunt
tacite obligata h. d. ℂ In tex. ibi, pro ipſa do-
a te. pro alimentis [a] ſunt bona tacite obligata.
ℂ Et nunqd pro fructibus dotis, eſt argu. ꝙ
ſic eo ꝙ dos dꝛ quoddã vniuerſale: vt. l. qđ dici-
tur. ff. de impen. vñ iſte acceſſiões veniunt iure
actiõis, ſed illa tacita eſt accõmodata actioni.
ergo ꝛc. facit. ff. q pot. in pig. ha. l. luci⁹. de hoc
no. hic Jac. de Are. ꝛ Spe. in tit. de don. inter
vir. ꝛ vxo. vbi recurre. fuit qđ antiqua. facit de
1 vent. in poſ. mit. l. extraneo. ꝛ. l. curator. ℂ † In
b tex. ibi, euictis. no. ꝙ tacita hypotheca [b] q̃ ineſt
principali, ineſt in caſu euictionis. hoc intelligi
tur, vbi debet euictio: qꝛ dos cepit ab obliga-
tiõe. ſec⁹ ſi a nuda traditiõe: vt. l. j. ẜ. de iur. dot.
2 ℂ † In gl. ſed nũqd. i fi. no. ergo paritatem in
hypotheca habẽdã. ſed nõ in iure ꝓlatiõis. ꝛ ex
hoc pꝫ ꝙ tacita hypotheca eſt priuilegiũ do-
tis. ſed ius ꝓlationis eſt priuilegiũ mulieris in
c dote. Bene dubitabat alibi gl. nunqd pr̃ [c] ha-
beat iſtã tacitã hypothecã priuilegiatam. gloſ.
no. inſti. de ac. §. fuerat. vbi eſt gl. ſing. ꝛ ord. ve-
ritas eſt ꝙ ſi experit̃ ꝓprio iure, nõ habet eam
priuilegiatã, ſi autem experitur actiõe cõi: tunc
ſic: vt puta ſibi et filie. et tunc eſt miniſter filie.
d ℂ Extra querit̃. [d] vtrum iſte. §. habeat locum ſi
ƺhit cum minore matrimoniũ. de hoc habetis
no. l. itẽ qꝛ de pac. ff. ꝛ. l. ĩ. de le. tu. ꝛ eſt veritas
ꝙ cũ iſta obligatio ſit legalis, bona minoris ta
cite obligantur pro dote. qđ no. ℂ In tex. ibi, a
prudentiſſimis viris: qꝛ nemo eſt prudentior
3 lege, que introducit iſta remedia. ℂ † Et not.
fictam ſtipulationẽ hr̃e vim inſtr̃i. ꝛ ideo taci-
e ta [e] iſta ſtiplo iſta meret̃ exequutionẽ vigore in-
ſtrumenti, ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtr̃o: qꝛ
oia ꝑſumunt̃ ſolẽniter acta, ſic. ff. de fide. tu. l. cũ
4 oñdim⁹. §. fi. qđ not. ℂ † Et ex hoc apparet, ꝙ
inſtr̃m cõfeſſiõis dotis: qꝛ tacite i ſe ƺtinet ꝓ-
miſſionẽ de reſtituẽdo, ita mãdat̃ exequutioni,
ſicut exꝓſſa ꝓmiſſio reſtõnis. qđ tene mẽti. ha-
bemus ſimiliter alibi, ꝙ ꝑſumptio iuris equi-
paratur ſcripture: vt. l. quicũqꝫ. C. de ap. pu. lib.
x. ℂ No. in iſto. §. ꝙ ꝓuiſio legis facit ꝙ error
vel imprudẽtia non nocet cõtrahentibus. Itẽ
no. ꝙ prouiſio hominis inutilis, nõ tollit pro-
uiſionem legis, dic vt dixi de hoc. ẜ. de procu.
l. maritus.

☞ Actio ſubrogata in locum alterius, an et quando aſſumat ſibi proprias qualitates illius.

§. Sed ꝛ ſi.

Actio ex ſtipulatu ꝓ do
te eſt bonefidei, itẽ actio
rei vxorie eſt ſublata: tñ qđ erat vtile in ea: trãſ
fuſum erat in actiõe ex ſtipulatu. h. d. In text.
ibi ex bona fide ꝓ allegationẽ: nõ ꝓ ƺtiationẽ:
qꝛ nulli⁹ ƺct⁹ eſt malefidei. ℂ † In tex. ibi, accõ
f modet̃. no. ꝙ actio ſubrogata [f] i locum alteri⁹.
aſſumit ſibi ꝓprias q̃litates illi⁹, ꝛ hoc qñ ſub-

a ℂ Pro alimentis. vide Bart. et doc. in. l. ſi cum do tem. §. ſin autem in ſeniſſimo. ff. ſolut. matrimo.

b ℂ Tacita hypotheca. Vide Barto. ꝛ docto. in. l. j. in princi. ff. ſolut. matri.

c ℂ Pater. Vide Bar. in. l. poſt dotem. in. vj. q. ff. ſo. matr. ꝛ ibi etiam quid in ceſſionario. ꝛ quid in extraneo, vide hic ſol. ꝙ non habet tacitam hypothecam. et referunt Mod. in. §. fuerat. hic all. et eſt verũ: vt no. Bar. in. l. j. in princi. ff. ſolu. matri. per. §. fuerat. preallег.

d ℂ Extra querit̃. Vide Bar. in. l. ſi conſtante. in. x. q. iij. q. princ. ff. ſolu. matri. cum ƺcor. et Bart. late in. l. item quia. ff. de pac.

e ℂ Tacita. Vide per Bar. in. l. j. ff. de his que in teſta. delẽ. ꝛ Mod. in. §. fuerat. inſtit. de act. ſed an maritus habeat tacitam ſtipulationẽ ſicut vxor, vid gl. ij. hic in princip. ꝛ glo. ꝛ Bal. in. l. j. in vlt. col. ẜ. tit. j. ꝛ Jmo. in. l. j. ff. ſol. matri. idem hec tacita ſtipulatio habet locum ita in donatione ꝓpter nupt. ſicut in dote. l. ij. ꝛ ibi no.

rogatio fit ꝑ legẽ: qꝛ fit ibi q̃dã tranſmiſſio. ſec⁹
ſi ſubrogatio fiat ꝑ hominẽ: vt. ff. de noua. l. a-
liã. ꝙ dic vt hic ꝑ Cy. ꝛ Dy. ff. de do. cau. mor.
l. qđ debitori. Adde ꝙ no. in. l. certi ƺdictio. in
prin. ff. cer. pe. vbi gloſſ. circa hoc ponit vnum
verbum valde ſingulare. ℂ In gloſſ. rei vxori.
ſing. glo. ꝛ no. iſtam gl.

§. Primum itaque.

Vir le-
gans vxori, in dubio non intelligitur legare ꝓ
dote: ꝛ ideo vtrũqꝫ cõſequit̃. h. d. ſecus in pa-
tre: vt. l. ſi cũ dotem. §. ſi pater. ff. ſol. mat. ꝛ dic
vt ibi. Et eſt ratio: qꝛ a patre hꝫ duplicẽ cãm
lucratiuã, ſed a marito nõ hꝫ niſi vnã cãm lu-
cratiuã: qđ eſt tolerabile, ꝛ no. hunc tex. ℂ In
tex. ibi, de alterutro, id eſt aſſequẽdo tantum,
id eſt dote tantum, vel legato tãtũ. ℂ In text.
g ibi, pro dote no. qđ eſt tantũ dicere lego [g] pro
dote, quãtũ animo cõpenſandi cum dote. tene
menti. ℂ In tex. ibi, manifeſtiſſimũ iuris pre- f
ſumptione. ℂ In tex. ibi, hoc. ſ. onus cõpẽſan-
di. ℂ In tex. ibi, cõſequi: qꝛ in dubio non intel
git̃ ineſſe onus, ex quo legatũ eſt ſimplex. ꝛ ꝙ
dixi qđ pr̃ videtur legare ꝓ dote. intellige qñ
pater eſt debitor filie occaſione dotis, ſi autem
non eſt debitor filie, dic vt dixi. ĩ. de leg. l. filia
legatorum ℂ Item adde quoddã ſpeciale in
legato dotis: vt. ff. ad legem falci. l. ſi vſufru-
ctus. §. dos

§. Maneat.

Actio ex ſtipulatu a-
ctiue ꝛ paſſiue trãſmit
titur in heredem. h. d. vel ſic. Contractus fict⁹
tranſit in heredẽ, ſicut contractus verus. h. d.
Adde quod dicam. ĩ. eod. l. §. videamus. ℂ In
tex. ibi, alio auxilio. ſcilicet diuortij. non intel-
ligas certo perditio dotis. g

1 ☞ Mulier, licet furetur res viri, an perdat dotem.

§. Sed nec retẽtio.

Dos h
nõ pt
retineri ob malos mores mulieris, nec ob res
donatas, nec ob res amotas, nec propter libe
ros, nec propter impenſas vtiles, vel volunta
rias, ſed propter neceſſarias ſic: qꝛ dotem mi-
nuũt ipſo iure. Itẽ poteſt retineri per pactum
de lucrãdo, ſi mulier poſt decedit. h. d. vſqꝫ ad.
§. cum autem. ℂ In tex. ibi, ne variũ. ratio ꝓ-
dictorum. ℂ In text. ibi. matrimonium: quia
ſi veniret contra fidem debitam ratione ma-
trimonij: puta adulterium committendo, de-
beret perdere dotem. licet gloſſ. dicat contra-
rium. ꝛ. l. rei iudi. §. heredi. ff. ſoluto matrimo.
ꝛ male ſecundũ Cyn. ꝛ alios. Quid autem ſi
mulier deceſſit, nunqd heredi eius põt opponi i
exceptio adulterij: hic habes text. ꝛ gloſſ. ĩ. de
adulte. l. fin. ꝛ ideo dic vt ibi. ꝛ adde quod not.
ff. ſolu. mat. l. cũ mulier. ℂ In gl. ex ſpeciebus.
1 ibi. §. ob danatiões. dic vt ibi plene no. ℂ † Et
no. qđ licet mulier furetur res viri, non tñ per-
h dit dotẽ: [h] quia iſtud furtũ in vxore nõ appel-
latur furtum, ſed amotio. ℂ In gloſſ. ſubau-
i diunt, [i] ꝛ bene. ſed opin. Mar. ſeruat de more,
quãdo matrimoniũ ſoluitur morte mulieris:
quod dic vt dicam in. l. dos a patre. ĩ. ſolu. ma.
Nam hoc eſt verum, ſiue agatur ex promiſſio-
ne legali, ſiue ex cõuẽtione expreſſa. vbi nomi-
natim eſſet concepta in caſum liberorum: quia
cõuentio interpoſita indefinite interpretatur
ſcđm cõſuetudinem. arg. no. in. l. ex ea parte. in
princ. de ver. ob. ℂ In tex. ibi, minuant, intelle
ctualiter, etiã antequã opponatur exceptio: vt
l. cum pater. §. vicinos. de lega. ij. ꝛ per hoc mi-
nuitur dos re: nomine tamẽ durat titulus do-
tis: vt. ff. de impen. l. quod dicitur. dic vt ibi, ꝛ
quia adhuc durat titulus dotis, licet impen-
ſa fiat in corpore dotali, tamen adhuc durat

ĩ. de bon. que li. q̃ loquitur in tacita ſtipulatiõe patris. de qua in. §. extraneum. ĩ. eod. an autem tacita hypotheca priuilegiata habeat locum in ea. vide gloſſ. ꝛ doct. in. l. ſi. qui pot. in pig. hab.

f ℂ Actio ſubrogata. No. de illo brocardo, quod actio ſubrogata i locũ alteri⁹, ſapit naturã illi⁹, vide qđ not. in. l. ſi eu. §. q iniuriarũ. ſi quis cau. ff. Bar. in. l. j. §. j. ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. fue. bal. in. l. tranſigere. C. de trãſac. Jac. butri. i. l. ſeruã. quoque. §. publice. de ꝓcur. ff. An. bar.

g ℂ Lego. Dixi poſt Jmo. in. l. huiuſmodi. § cũ pater. ff. de leg. j.

h ℂ Nõ tñ ꝑdit dotem. Ego tamen puto quod ſi fuerit furtum rei magne. ꝛ maritus contra illam ageret, quod tũc dos non procederet: quia illo caſu poſſet puniri: vt not. Bar. in. l. j. ff. rerũ amot. ꝛ in. l. ſi qs vxori. in princi. ff. de fur. Cel.

i ℂ Subaudiunt. Vide Bal. in. l. fi. ẜ. tit. j. ꝛ in. l. ij. vbi latius. ĩ. de bon. q̃ libe.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in alienabilis.vt.ĩ.ea.l.ꝛ.§.ꝛ cũlex.¶ In text.
ibi nullã quomodo nullam,ex quo poteſt fieri
retentio ob impenſas neceſſarias.Sed rñdeo.
ꝙ tũc dos nõ ꝓprie dr dos quatenus eſt dimi
nuta ipſo iure.ꝛ ideo nõ dicitur retentio dotis
ſed nõ dotis.ꝛ iſtud iſte.§.ſuperius vult.¶ In
text.ibi,ex quibuſdam pactionibus,quas põt
excludere delictum mariti vxorem occidẽtis:
vt.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem.ff.ſolu.mat.

1 ☞ Maritus,ſi poteſt incontinenti reſtitue-
te dotem,an teneatur.
2 Dies tacita,vtrum interpellet pro homine.
3 Mulier,an debeat ali intra annũ ex ſua dote,

§. Cum autem.

In actione ſue
dote maritus
condemnatur,inquantum facere põt.hoc pri-
mo.Mobilia vel iuris quãtitates ꝛ genera in
dotẽ data,reſtituũtur poſt annũ ſo.ma.immo
bilia.ſtatim fruct⁹ dotis ꝑ parte matrimonij
diſſoluti veniunt in reſtitutionem.h.d.vſqꝫ ad
a §.igiẽ.¶ In tex.ibi,facere poteſt.ᵃ vide qđ no.
ff.de reg.iur.l.in cõdemnatione.vbi eſt glo.vna
ſing.ꝛ ordi.¶ In tex.ibi,ſi non dolo:quia do-
lus omnem reuerentiam excludit:vt.l.j.§.vbi
ſena.vel cla.¶ Quero.vtrum iſte.§.habeat lo
cum qñ agitur actione de dote ad ſpeciem da-
tam in dotẽ:qꝛ hic loquitur in põdere numero
ꝛ menſura,dic de hoc vt no.Dy.in.l.neſennĩ⁹.
§.j.de re.iud.¶.§.exactio.iſte.§. fuit ſumma-
tus cum precedentibus.¶ In text . ibi , intra
annum ſupple fiat reſtitutio:ſed poſt annũ fit
extenſio.¶ In tex.ibi,corporalibus:quia hec
nomina equiparãtur rebus mobilibus.de quo
1 dic vt in.l.monẽtiũ.de verb.ſig.¶ † Quero,ᵇ
b ſi maritus poteſt incontinẽti reſtituere:vtrum
teneatur.ꝛ videtur ꝙ ſic:quia illa dilatio aſſi-
gnatur ei miſerationis cauſa.ergo vbi nõ eget
iſte miſeratione,non habet dilationem.ꝛ hoc
tenent quidam.Aduertatis:iſtud videtur con
tra iſtum tex.qꝛ reſtitutio iuris eſt in eius pote
ſtate,ꝛ poteſt fieri ſolo verbo:ꝛ tamẽ nõ cogi
tur intra annum,ꝛ tamẽ illa dilatio daẽ a iure
ſine miniſterio hominis.ergo iudex nõ poteſt
iſtam dilationem tollere:vt no.Dy.in.d.c.in-
dultum.de reg.iu.lib.vj.¶ Itẽ licet habeat fa-
cultatem reſtituendi,tamen iſta dilatio affert
commodũ:vt ſtatim patebit.ergo nõ eſt iſtud
commodum auferendum:vt. l.ſi conſtante.§.
c quoties.ff.ſolu.mat.Item non videturᶜ ꝙ in-
terim tranſeat dominum in vxorem . argu . de
vſufruc.leg.l.ſempronius attalus.ꝛ. § de iur.
do.l.ꝛ ſi dotis.ꝛ.ff.re.amota.l.ob res . ſecus in
re immobili.vbi non datur dilatio:vt. ĩ .ſolut.
matri.l.dotis.Credo quod illa pars ſit vera.
¶ In tex.ibi,reſtituendis quantum ad reſtitu
tionem facti,ꝛ non iuris:quia reſtitutio eſt fa
cta per ius:vt.l.in rebus.§.ti.proxi.¶ In text.
2 ibi,vſuras.¶ † Nota expreſſe quod dies taci-
d ta interpellatᵈ pro homine.nota cõtra ſol.ma-
tri.l.ſi mora.ꝛ ideo veniunt hic vſure vi more
ex diei lapſu.de condi.dic vt no.ff.de verborũ.
obli.l.ſi ex ſtipulatu.ꝛ facit etiã iſte tex.¶ In
tex.ibi,reſtituendis.ſcilicet ex die ſoluti matri
e monij:ᵉ vt.l.ſi cõſtante.§.quoties.ff.ſol.matri.
eſt verum vi perceptionis,non vi more : vt.ff.
ſolu.matri.l.diuortio.§.non ſolum.Dicit do.
Dyn.quod acceſſiones intrinſece dicuntur re
ſtitui.non acceſſiones extrinſece.ita not.in.l.ſi
mulier.§.rerum.ff.rerum amo.facit quod no-
ta.ff.de peti.here.l.vtrum.ꝛ.l.at vbi.ꝛ domin⁹
Dy.appellat acceſſionem intrinſecam,que cõ
ſiſtit in viu rei acceſſionem extrinſecam , illam
que magis conuenit facto pſone quam facto
rei.Ponamus in terminis de herede,qui poſt
annum arauit cum beſtijs datis in dotem : vt
fructus ſint ipſius.¶ In glo.vel ſi malit.in fi.
3 ¶ † No.hic,quod mulier intra annum debeat
f aliᶠ ex ſua dote:ꝛ tunc ſecũdum quantitatem

dotis.ꝛ hoc eſt verum,ſi nõ habet aliũde vnde
ſe alat:alias ſecus,vide Iac.de Are.de ven.ꝛ
poſ.mit.l.curator.ꝛ ideo quando eſt filius ille
qui ab ea cõuenitur:cum tamen habeat vnde
ſe alat:qꝛ filius tanq̃ filius tenetur eã alere ſe-
cundum ꝓprias facultates:vel ſi maritus reli-
quit ei alimenta,non poteſt petere alimẽta do-
tis.ꝛ hoc intra annum.ſecus ſi poſt annum vi
g more:ᵍ qꝛ petit vt intereſſe:vt.§.eo.ver.finañt.
quod tene menti.Et vide ad id quod.§.dixi de
alimẽtis.quod dicitur in.l.ſi maritus.ff.ſo.ma.
ꝛ eſt quedam lex parua.

§. Igitur ꝛ in ſequenti.

Vxor heres inſtituta a marito.ꝛ grauata lega
tis.ante omnia deducit dotem:de reſiduo ve-
ro ſoluit legata, deducta falcidia.h.d.¶ Du-
bitatio erat:qꝛ videbatur ius dotis eſſe confu
ſum aditione:ſed reuera non eſt cõfuſum quã-
tum ad ius deducendi.

1 ☞ Annus eſt duplex artificialis , et emer-
gens.
2 Vxori , cui reſtituitur dos , an teneatur ſtare
colono , ſeu inquilino poſito per maritum
ſuum.

§. Cũque ex ſtipulatu.

Acceceſſiones que nõ ſunt in fructu,augẽt do
tem:vt partus ancillarum:ꝛ queſita per ſeruũ
dotalem,extra operam ſuam,ꝛ extra rem ma-
riti.Acceſſiones vero que in fructu cenſentur,
vt fetus pecorum,ꝛ fructus agrorum,ꝛ ſimi-
lia,cedunt lucro viro quo ad matrimonium cõ
ſiſtit.Et fructus vltimi anni pro rata tempo-
ris diuiduntur.Et premiſſa ſunt vera in rebus
vere dotalibus ineſtimatis.Sed quando ſunt
res eſtimate,omnes acceſſiones integraliter
ſunt mariti,tanquã emptoris,ꝛ iſtud ſit ꝑ ca
ſu ſummario.ꝛ pro caſu in terminis.h.d.vſque
ad.§.cautione.¶ In tex.ibi,ad mulierem per-
tinere.ſcilicet ſolu.matrimo.¶ In tex.ibi,vo-
luit.quia iſte acceſſiones non ſunt in fructu.et
ideo augent dotem.¶ In tex.ibi,pro tempo
re matrimonij,id eſt quatenus durabit matri-
monium.¶ In tex.ſiue eſtimata.nam conſtan
te matrimonio idem effectus eſt quo ad acqui
ſitionem.¶ In tex.ibi, ſiue non eſtimata.et ſic
in tempore non ſoluti matrimonij eſt differen
tia inter res eſtimatas, ꝛ nõ eſtimatas.¶ In
tex.ibi,ſentiat.¶ In tex.ibi,periculũ caſus for
1 tuiti,ſi quid acciderit.¶ † In gloſ.que incipit
fructus.premitte ad euidentiam gloſ.quod eſt
duplex annus artificialis,ꝛ emergens,ꝛ gl.dꝫ
intelligi de anno emergenti,qui non habet cer
tum initium:ſed ex euentu preſuppoſito tamẽ
initio,habet certum finem:qꝛ eſt trecentorum.
lxv.dierũ exinde numerandũ:vt.l.cum heres.§.
ſtichus.de ſtatuli.Item premitte,quod fruct⁹
non dicuntur percipi ſolum vltimo menſe;ſed
totus annus applicatur huic perceptioni : vt
ff.ſol.matri.l.ſi fundus.§.quod in ſementem,cũ
2 ſimili.¶ † Tertio aduertatis.ꝛ no.quod licet
h ſingularis ſucceſſorʰ non teneatur ſtare colo-
no:tamẽ ſecus eſt in vxore,cui ſit reſtitutio do-
tis:que tenetur ſtare colono,ſeu inquilino miſ
ſo,ſiue poſito per maritum ꝛ eſt hoc not. Et
dicunt quidam quod illa eſt ratio : qꝛ illa alie-
natio eſt neceſſaria ſine lege:vnde ſucceſſor ſin-
gularis ex diſpoſitione legis tenetur ſtare co-
lono,ſecundum iſtos,contra quos facit.ff.lo-
ca.l.ſi fundus.vnde videtur melior ratio ; quia
vir videtur hoc feciſſe de permiſſione vxoris,
que dedit ei plenam facultatem adminiſtran-
di dotem.Sed contra iſtam rationem facit.ff.
locati.l.ſi quis domum,vnde dic vt.§.locati.l.
emptorem.

a ¶ Facere põt no. ſing.gl.ꝛ ibi vide qđ donatari⁹ non tenetur alere donatorẽ.ꝛ vid Bal. ĩ.l.ſi.als his ſolis. ĩ.de reuoc.do.ꝛ ĩ vſi.feu.And.bar.

b ¶ Quero.Sꝫ qđ. ſi res imobilis eſt data in dotẽ tali eſtimatiõe q̃ facit emptionẽ.an incõtinenti ſo.mat. poſſit actione ex vẽdito peti ꝓtiũ. Bal.in.l.cum dotẽ.§.de iur.do.format iſtã.q.ꝛ facit l.cum in fundo.§. ſi fund⁹.ff.de iur. do.ꝛ ꝙ no.gl.hic in ver.reſtituẽdis et adde Bal.hic, vide Bar.ꝛ doct. in.l.diuortio .§.interdũ.ff.ſol. ma.ꝛ id qđ tenet Bal. hic cõiter teneẽ. lꝫ Cy.hic ꝯ.ꝛ male.ꝛ ꝑ iſta opi.bñ facit in ſi.tex.in.l. ſi debitori . ff . de iudi.Pau.de caſ. in.l. diuortio .ĩ.§. non ſolũ.ſaluat in vno caſu opi.Cy. ſcꝫ qñ retinere rẽ nullã afferret vtilitatem , qđ raro accidit,ꝛ vid Ja. de Bel.hic in.§. fructibus . vide Cyn.hic.

c ¶ Itẽ nõ vẽ.Hodie ſol.ma.dñiuꝫ mobilis rei dotalis nõ transfertur ipſo iure in vxorẽ ante annũ.ſec⁹ in immobilibus.idẽ tꝫ Bal.ĩ.l.ꝛ ſi dotis.hic alleg.ꝛ qđ dr de mobili, vẽ eſſe ꝯ.l.in rebus. hic alle.que loquitur etiã in immobilibus.ſed dic ꝙ dꝫ intelligi poſt annum.

d ¶ Interpellat.nõ aũt intelligas ꝙ quo ad inſtitutionem immobiliuꝫ incontinenti dicatur eſſe in mora,vt no. Imo.in l.ſi mora.hic alle.

e ¶ Matrimonij.ad de ꝙ fructus vltimi anni qui ꝑ rata ſunt reſtituendi mulieri,ꝑ rata tpis,quo nõ durauit matrimoniũ, debet reddi incõtinenti forma.ſm Bal. ꝛ Imo.in.l. diuortio.§. interdum.ff.ſol.mat.et ibi dixi,vtrũ aũt fructus rerũ mobilium vel incorporaliũ percepti ab heredib⁹.mariti intra annũ dotis reſtituẽde,reſtituãtur mulieri cũ re, vide Bart. in. l.ſi conſtante. §.quoties.ff.ſolu. ma.ſed iſta diſtinctio videtur contra iſtũ tex.in ver. ſimiliqꝫ modo.iñ ctis precedentib⁹ verbis hui⁹.§. dñ Bal.hic appellabat acceſſionẽ intrinſecã,que conſiſtit in vſu rei,vide ad hoc.l. fructus.ff.de rei vẽd. quam ad hoc all. hic Cyn.

f ¶ Ali.Collige limitationẽ per .l. curator.hic alleg. Bal. in.l.fin. ĩ.de bo.ma.ꝛ.d.l. curator.alle.Bal.in.l. diuortio. in prin. ff.ſol.matri.

g ¶ More. Vide no.per Angel.et doct.ĩ.l. diuortio. in princ.ꝛ.l.in inſu am.§ . vſuras. ff.ſol.matri.

h ¶ Singularis.ſucceſſor.Nota.qđ lꝫ ſucceſſor ſingularis nõ teneaẽ ſtare colono:ſec⁹ eſt in vxore , vide gl. ſingu. in.l. diuortio.ff.ſolu. matri. And.Barb.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. Cautione. Percipiẽs dotem, tenetur coheredes
conſeruare indẽnes. h.d. hoc declara: vt. l. pa-
ter. ff. de do. prele. Nam iſtud eſt verũ etiam ſi
cum diſpoſitione iuris in percipiendo, cõcur-
rat ẽt diſpoſitio teſtatoris. ¶ In text. ibi, nu-
rus. vt dos ſit data auo ꝓ nepote. nã mortuo
auo, pluribus heredibus relictis, pater nepo-
tis percipiet ⁊ cauebit. ⁊ hunc caſum no.

1 ☞ Actio ex ſtipulatu pro dote profectitia
competens, per patris obitum conſolidatur
in filiam emancipatum etiam exheredatam.
2 Tacitum ⁊ expreſſum idem operentur. nume
ro. 3. ⁊. 4.

§. Videamus igitur.

1 † Actio ex ſtipulatu pro dote ꝓfectitia compe
tens ꝑ patris obitum cõſolidatur in filiã ema-
cipatã, etiam exheredatam. h.d. ⁊ eſt no. ¶ In
tex. ibi, alie actiones. ſ. hereditarie. ¶ Querit
a gl.[a] vtrum iſte. §. habeat locũ in actione ex ſti-
pulatu legali ex ſtipulatione ficta tantum: an
etiã in actione ex ſtipulatione vera ⁊ expreſſa.
gl. hic no. dicit qͦ in omni actiõe ex ſtipulatu
habet locum qͦ poteſt probari primo, q: non
minus operatur fictio ꝙ veritas: vt. ſ. ea. l. ita
enim. ſecundo videtur probari per caſum ex-
preſſum. ĩ. e. ex hoc tertio videtur probare per
generalitatẽ huius. §. ¶ In cõtrarium vide-
tur: quia qͦ tranſeat actio de patre in filiam,
iſtud eſt dicere, ꝙ tranſeat actio de communi
eſſe patris ⁊ filie in propriũ eſſe ipſius filie: vt
not. ĩ. ſi ſocer. in prin. ſol. ma. Sed illa commu-
nio non eſt hic, quando pater ſibi ſoli ſtipula-
tus eſt: vt. ſ. de iu. no. l. ania. ergo non habet lo
cum cõſolidatio. Preterea prouiſio hominis
tollit ꝓuiſionẽ legis: vt. ff. ſolu. matrimonio. l.
ſi cum dotem. ⁊ l. quoties. ergo ſi pater proui-
det expreſſe ſibi ⁊ heredibus ſuis, ceſſat proui-
ſio legis in perſona filie, vt filie, ⁊ hanc ſecũdã
opin. tenẽt quidam doct. quia huic. §. videtur
derogatum per expreſſam ſtipulationẽ diuer-
ſo modo acceptam a prouiſione legis, vnde in
telligunt hunc. §. ⁊. §. ex hoc. in actione ex ſti-
pulatu tacito: ⁊ communi patris ⁊ filie: non
2 in ſtipulatiõe expreſſa propꝛie patris. ¶ † Et
ſi tu dicis tacitam ⁊ expreſſum idem operan-
tur. Reſpond. verum eſt quando exprimitur
eo modo quo inerat, vel dubitatur de ipſo ex
preſſo qualiter intelligatur: quia tunc intelli-
b gitur ſecundum quod inerat[b] tacite: vt not. in
l. poſt dotem. ff. ſoluto matri. Sed quando cer-
tum eſt quod aliter eſt expreſſum quando inſit,
tunc non idem operatur tacitum et expreſ-
ſum: quia non ſunt eiuſdem forme: vt not. Dy.
de lega. j. l. hec verba. cum ſi. ¶ Breuiter di-
cunt quidam. quod iſta. q. determinatur per. l.
fi. ſ. commu. vtri iudi. quod aut eſt que ſi in-
ter filios, aut inter filiam ⁊ heredes extraneos
ſi inter filios, aui habent equale lucrum: tunc
filia percipiat dotem: aut non, tunc ſecus: niſi
ad concurrentem quantitatem: vt ibi dicitur,
ſi autem filia contendat cum extraneis: tunc
ſemper percipiet dotem. per illam. l. ¶ Aduer
tatis. iſta opin. non eſt vera: quia. l. fin. ſ. com-
mu. vtriuſ. iudi. loquitur ſolum in dote reuerſa
ad patrem, ⁊ re incorporata bonis paternis,
hic autem loquimur in dote non reuerſa, ſed
exiſtente extra patrimonium patris. hinc eſt
quod hic non curatur vtrum filia ſit heres, ibi
ſic. licet hodie etiam in caſu illius. l. ſit curan-
dum per aut. ſed quãuis. ĩ. eod. ti. quia non iu-
re perceptionis: ſed vi illius aut. debet reſerua
ri pro ſequenti matrimonio, ſi vellet de nouo
renubere, non haberet locum: nec prouiſio. d. l.
fin. nec prouiſio. d. aut. in filia que renuntiaret
hereditati paterne, niſi diceretur quod habe-
ret locũ quo ad vtile iudicium fa. erc. non quo

a ¶ Querit gloſſ. Vide per Bart. ⁊ docto. in. l. poſt dotem. ff. ſol. matri. et aliquid per Bald. in. l. fi. in. j. col. ſ. commu. vtriuſq3 iud.

b ¶ Inerat tacite. Et no. in. l. caius ff. ſol. matrimo. et Barto. in. l. vxorem. §. teſtamẽto. ff. de leg. iij. vbi etiam tex. ⁊ ad hoc vide quod not. in l. gallus. §. j. ff. de libe. ⁊ poſthu.

3 ad directum. ¶ † Aduertatis. practica iſtius
ſubtilitatis ſtat in hoc pr̄ fuit ſtipulatus pro
ſe, ⁊ heredibus ſuis deceſſit pater, deinde ſolu
tum eſt matrimonium: filia remanens vidua,
vult petere exequutionem inſtrumenti dota-
lis opponit ſibi ꝙ ipſa non eſt in inſtrumẽto
nominata, nec venit vt heres, ſed vt filia, ipſa
reſpondet qͦ ipſa ſuccedit in ſtipulatione pa-
terna, queritur quid iuris, patet ex predictis
qͦ ſi glo. eſt vera, filia recte agit excluſo here-
4 de extraneo, qͦ eſt no. ¶ † Item apparet de-
terminatio alterius queſtionis, vtrum quãdo
pater eſt expreſſe ſtipulatus ſibi ⁊ ſuis heredi-
bus, cõputet illa dos in legitima filie, nõ ceſſo
ſibi iure ſtipulationis, nam dicitur ſic, ſecundũ
c gl. q: nõ eſt neceſſaria ceſſio. Sz Jac. de Are.[c]
dicit contrarium: vt in. l. vxorẽ. § pater natura-
lis. de leg. iij. Tenendo igitur gloſſ. poſſumus
dicere qͦ hoc caſu filia non veniat iure conſo-
lidationis: ſed ex tacita ſtipulatione ſubintel-
lecta in perſonam filie. Sed contra hoc vr̄: q:
in eũdẽ caſum quo pater expreſſe ſtipulat[9] eſt,
tacita ſtipulatio nõ ſubintelligitur: vt. l. ſi cum
dotem. in princ. ff. ſolu. mat. ¶ Iſta queſtio eſt
mihi multum dubia. de hoc not. doc. in. l. pe. ff.
ſol. matri. ⁊ ponit do. Cy. etiam ibi. de quo dic
vt ibi. ¶ In glo. nunquid erit. nota hanc gloſ.
notabilem.

c ¶ Sed Jaco. de Are. Iſtud dictũ refert Bal. in. l. fi. in. j. col. in ver. ſz pone. ſtatutũ dictat quod filia. et in. l. auia. in ver. ⁊ ex hoc dicto. ſ. de iure do. et Bald. hic voluit allegare. l. vxorem. §. teſtamẽto. ff. de lega. iij. ⁊ vide per Dy. et alios in. l. pe. §. filia. ⁊ meli[9]. in. l. poſt dotem. ff. ſol. mat.

§. Quo a nobis. Dos imputatur filie in
legitimam. h.d. Vel dic dos que ad filiam re-
uertitur, ei in legitima imputatur. h.d.

1 ☞ Reſtitutio dotis an ſit facienda extraneo
dotanti, an vero mulieri.
2 Dotans eccleſiam, ſi non appoſuit pactum ab
initio in cõuentione, an poſſit apponere poſt-
ea in traditione.

§. Accedit. Extraneus dans dotẽ,
niſi ſibi paciſcat, dona-
re cenſetur: ⁊ mulier vr̄ tacite ſtipulata. Et in-
telligit extraneus, omnis in poteſtate nõ exi-
ſtens pater vero ſeu parens habens in pote-
ſtate, dotando nõ vr̄ donare, ⁊ actio cõmunis
efficitur ipſius filie, q̃ cõſolidat in filiã ꝑ patris
obitũ, vel ipſius emãcipationẽ, ⁊ etiã ſi pr̄ eſſet
litem conteſtat[9], in filiã trãſit inſtantia. h.d. et
hoc ſit tam ꝑ caſu breui, quã pro caſu literali.
Et ſunt iſti caſus valde notabiles, ⁊ menti te-
nendi ¶ In text. ibi, cũ donaſſe. hoc intellige
1 ſm̄ qͦ not. in. l. fi. ſ. de do. promiſſ. ¶ † Not. in
iſto. §. quod reſtitutio dotis nõ debet fieri ex-
traneo dotanti: ſed mulieri; niſi ipſe ſit pactus
ſibi. Rõ quare debet fieri mulieri eſt: q: vr̄ ipſa
ſtip. lata. Rõ quare nõ dz fieri extraneo eſt: q:
d ipſe vr̄ donaſſe. ¶ Querit gl. nunqd[d] iſtud pa
ctum debeat poni in cõtractu dotis, ⁊ in tradi
tiõe: an vero licet nõ ſit appoſitũ in ꝯtu dotis,
poſſit poſtea apponi in traditiõe: ⁊ videt qͦ
poſſit opponi in traditiõe: vt. l. quoties. ff. ſol.
ma. Sz ibi loquit in eo qui dotabat ex neceſſi-
tate: vel reſtringit. l. quoties. ſolum ad habẽtẽ
e in poteſtate: q: ab ipſo vr̄[e] ſtipulari: vt in. §.
extraneũ. cui lex magis prouidet. ſecus in eo q
dotat ex volũtate. nã ſi primo dotauit ꝓmittẽ-
do. nõ eſt ſibi ſtipulatus: ſtatim mulier intelli-
gatur tacite ſtipulari. hinc eſt quod licet dos
nunquam eſſet ſoluta viro, tamen ageret mu-
lier: vt. ff. de iure dot. l. ſi extraneus. Preterea
lex eſt expſſa in extranea dotante, quod inſpici
tur tempus contractus, non tempus traditio
nis, niſi dos cepiſſet a traditione: vt. ĩ. tit. pro-
xi. l. ex morte. in fin. ⁊ in hoc reſidet gl. multum
2 not. ¶ † Per hoc dicunt docto. quod idem eſt
in dotante eccleſiam, quod ſi non appoſuit pa-
ctum ab initio in cõuentione, non poſſit poſt-
ea apponere in traditione. qͦ eſt notabi. facit
quod no. ff. de pac. l. in traditionib[9]. tene mẽti.

d ¶ Nũquid. Vide Bald. in. l. legem. in princip. ſ. de pactis.

e ¶ Videtur. Tacite ſicut pater videtur dotem tacite ſtipulari ſibi, idem eſt in dona. propter nup. tex. eſt no. ⁊ ibi Bal. in. l. ij. ĩ. de bo. que libe.

a ❡Sed q̄uis. Ad hanc auẗ. vide no. per gl. ⁊ Cy. ⁊ Bal. in. l. rē quā. ſ. tit. j. vbi queritur an fundus datus a patre in dotē p filia ⁊ ad eū reuerſus ſol. mat. per mortem viri. poſſit p patrē alienari viuente filia. Et ꝙ poſſit, facit iſte text. qui dicit menſurā. nō autem dicit ſubſtantiam. ⁊ pro hoc etiam: q: reuerteret in dominiū patris. l. ij. j. de bo. que lib. ſed an iſta auẗ. habeat locum in dote aduētitia, ſicut ī perfectitia. tex. videtur hic velle quod ſic, propter verbum actionis: nā in dote a profectitia nō requiritur pactū: q: reuerteret ſine ſtipulatiōe ad patrem. l. dos a prē. j. ſol. matri. tū ſm no. ſ. e. l. §. videamus. ⁊ ibi hūr cognita. ⁊ p iſtā authē. ⁊ p no. i. l. poſt dotē. vij. q. p bart. ff. ſolu. mā. ſʒ an ſi b p̄rimoniūprīs ſit augmētatū, dēat plus dare ſcdō viro ꝙ p̄rio. ⁊ vr̄ ꝙ ſic: vt ſit idem de augmento, qd̄ de diminutione. l. iij. ī fi. ff. vbi pu. edu. deb. ⁊ l. fi. in fi. ff. de lega. iij. nā ſm facultates tenent eā dotare. l. cum poſt. ⁊ l. quero. ff. de iur. dot. Item gl. ⁊ p̄miſſa p̄mo viro, ⁊ nō data. ⁊ qd ſit data nō potuit exigi in p̄mo mari, vid̄ hic Cy. liqda per doct. in c. fuerat. inſti. de ac. ⁊ Bar. ⁊ doc. in. l. ſi cum dotē. §. j. ff. ſol. matri.

❡In tex. ibi, tacitam quod nō eſt in extraneo q: non intelligitur extraneus ſtipulari: vt dixi hic de tranſmiſſione inſtantie.

❡Authentica.

Sed quamuis. [a] Vide in hac auẗ. ff. pro ſoc. l. ſi ſocius. pro filia.

c **§. Et cum lex.** Rex dotalis nō pōt obligari, vel alienari, etiā mulieris accedente cōſenſu, licet in aliis rebus mariti mulier poſſet renuntiare iuri hypothecarum. ⁊. h. d. ⁊ vide hec ſupra, de iur. do. l. ſi predium. vbi dicit Jacob de Areti. quod licet mulier non poſſit accedere viro in alienatione, tamen vir poſſit accedere mulieri [b] principaliter alienanti. quod eſt verū quo ad preiudicium dotis: vt. ff. de vſu. l. cum vir predium. ❡In text. ibi, proprie. no. quod ſolum res ineſtimata dicitur proprie dotalis. et vide quod no. inſti. qui. alie. licet in prin.

§. Illud etiam. Pacta dotalia que dotis cōditionem deteriorem non reddunt, ſunt ſeruanda. h. d. ⁊ intellige conditionē. ſ. naturalē: non accidentalem: vt. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. ver. quod ⁊ in ſpecie dotis. qui tex. non eſt alibi. licet ſit valde vulgaris. ❡In tex. in fi. l. not. tex. quod lex noua non refertur ad inſtrumēta iam confecta. ⁊ ratio ponitur in. l. fi. j. de predi. curia. libro. x.

❡De pactis conuentis tam ſuper dote quam ſuper donatione ante nuptias, et paraphernis. Titu. xiiij.

b ❡Mulieri. Vide Bart. ⁊ doc. in. l. eſtimatis. ff. ſolu. matri.

c ☞ Mater nō poteſt filiis ſtipulari. Adde Pau. de caſt. in. l. hmōi: per iſtum. hic alle. vbi non videtur facere diſ. quam iſte hic ponit. ſed tutior eſt opi. huius, propter hanc diſt. et ab hac nō recedas. Cel

d ❡Nepotibus. Vide Pau. de caſt. in. l. caius. in fi. ff. ſolu. ma.

e ❡Equalitas. Sup iſta. l. ſunt poſite due auẗ. quas vid̄. ⁊ vtrum habeant locū iſta pacta in dote p̄miſſa. ⁊ nō data, vide auẗ. hic poſitam. ⁊ que no. Bar. in. l. iubemus. §. ſane. ſ. de ſac. ſan. eccl. ⁊ Ang. in §. illud. in auẗ. de non eli. ſecundo nuben.

f ❡Pactum. Vide Bal. in. l. mulier. in fi. ſ. d̄ iure do. ⁊ gl. in auẗ. dos data. in fi. ſ. de do. ante nup.

g ❡Maritus pōt. Vide doc. ⁊ gl. in. c. ex literis. de pig. And. Barb.

h ❡Paraphernales. Mulier ꝯſtāte mr̄i. idiſticte pōt ꝯ maritū agere, ⁊ vēdicare bōa paphernalia. ⁊ p hāc. l. no. gl. ⁊ Bal. i. l. vbi adhuc. ſ. de iu. do. ⁊ ibi ēt Cy. ⁊ i. l. hac lege. ſ. de pac. ꝯuen. qd ſi ſunt cōſumpta, vid̄ i. l. de his. j. d̄ dona. iter vir. ⁊ vxo. ⁊ an iſta bōa paphernalia habeant p̄uilegiū dotis, dic qd̄ vltra tacitā hypoth. de q̄ hic, nō hn̄t aliqd̄ p̄uilegiū ſm gl. no. in. l. ſi ego. §. dotis. in ver. ſʒ q̄ro. ff. de iu. do.

i ❡Traditio iſtr̄ox. No. ꝙ redditio iſtrumētox eqparaẗ mādato, ꝙ in redditiōe ſigilli, vid̄ bal. i. l. j. ſ. d̄ p̄curator. vbi tʒ, vid̄ oīno. A. B.
☞ Simile eſt in p̄ſente actu. qui fit in preſentia iudicis: vt in cōſti. procuratoris in actis: quia preſens conſtitutus, videtur mandatum acceptaſſe: vt dixi in. l. fi. in additio. ad Bar. ſ. de procu. Celſus.

k ❡Secundo no. Vide late Bal. in. l. vbi adhuc. in vlti. col. ſ. de iure. do. ⁊ Bar. plene in. l. pe. ⁊ ibi dixi. ff. ad. l. fal.

l ❡Fruct⁹ paphernaliū. De iſtis bonis paraphernalib⁹ qs lucreẗ fructus, vltra allegata cōiter p doc. vide Bal. in cōſi. inci. noīe dn̄i. an res ſic ſe habere d̄r. ⁊ i ꝯſi. ſeq. vbi pulchre loqẗ. d. Pau. de ca. ꝯſ. cx. Bal. in. c. pe. de ꝯſti. Bal. in. l. aſſiduis. q po. in pig. ha. vide Bar. ꝯſi. xxij. inci. an ſit perfecta, ⁊ Bal. in. l. maritus. ſ. de procu. Andr. Barbatias.
☞ Adde vltra deducta hic, qd̄ notaui in addi. ad Bar. i allẗ. ꝯſi. xxij. inci. an ſit perfecta Frā. de Are. ꝯſi. lxiij. inci. i dei noīe amē. res ſic ſe hr̄e d̄r. Alex. ꝯſil. xlij. vol. j. ⁊ ꝯſil. lxiij. vol. ij. Mar. ſozi. ꝯſil. ſuo. ici. an

❡Lex ſecunda.

Fructus prediorum. Maritus aſſignare dʒ fructus dotis vxori pro ſuis alimentis: nec poteſt eos condicere. hoc dicit. ⁊ no. hunc caſum. Bald.

❡Lex tertia.

Quamuis pater. Pactū de dote retinēda p̄textu liberoꝝ, ipſi mulieri dotem repetenti non obſt. h. d. ⁊ no. hūc caſum. ⁊ dic vt no. in. l. j. in princ. de do. preleg. ❡No. in iſta. l. qd̄ fauor mulieris in dote, preponderat fauori liberorum. ⁊ etiā pacto expreſſo. vide. l. bebius. ff. eo. tit.

❡Lex quarta.

Pactum dotale. Ex pacto matris filio nō q̄riẗ actio. h. d. iſta. l.
c ❡No. ꝙ mater nō pōt filiis ſtipulari, [c] ꝙ intellige x̄bis directis: ſed verbis obliquis. i. ſibi recipiēti pro filiis ſic, quod no. ff. de leg. j. l. huiuſmodi. in prin. ⁊ hʒ locum iſtud de iuris rigore: tamē de equitate daẗ in dotē vtilis actio ſm gl. q̄ alle. l. caius ff. ſol. matr. Sed ibi loquitur in dote p̄pria eius qui paciſcebaẗ. hic in aliena. ſed melius facit. l. pater. j. eo. ❡In tex. ibi, non prohiberis, facit ad hanc. l. ſ. de iure do. l. ſi genero. ⁊ l. cum pater.

❡Lex quinta,

Hereditas. Pactū inutile non habet vim pacti: nec vim vltime volūtatis. hoc dicit. adde quod no. ſ. de pact. l. licet. ſed nunquid habebit vim mariti, dic: vt no. in. l. ſed cū cornelius. ff. de ſolu. ❡In text. ibi, teſtamento, quaſi dicat non pacto: quia diuerſus eſt actus contrahendi ab actu teſtandi.

❡Lex ſexta.

Si conuenit. Pater poteſt iuri ſuo p̄iudicare p pactum in dote quam dedit pro filia. h. d. In text. ibi, patri bene dicit patri: q: ſec⁹ filie: vt. ſ. eo. l. quamuis.

❡Lex ſeptima.

d **Pater pro filia.** Ex ſtipulatione aui pōt q̄ri nepotibus [d] ſuis. h. d. iſta. l.

❡Lex octaua.

Hac lege. Vir in paraphernalib⁹ nullū hʒ ius, nec exercitiū vxore p̄hibēte. h. d. iſta l. vel ſic. Vir non hʒ adminiſtrationē rerum paraphernalium, ſi vxor contradicit. h. d. iſta. l.

❡Lex nona.

e **Ex morte.** Equalitas [e] eſt ſeruāda in pactis appoſitis de lucrando ſup dote: ⁊ donatione pp nup. ſm. l. C. quotitatiue. ſcdm. auẗ. etiā quantatiue. ſcdm cōſuetudinem neutro modo. h. d. tex. C. ⁊ auẗ. cum ſua gl. hic Itē ille qui dat vel promittit dotē p muliere, tacite donare, ⁊ ipſi mulieri prouidere videẗ. niſi reſtitui paciſcatur. h. d. Scda pars. l. qd̄ dʒ fieri tpe traditionis dotis, ſi dos incipit a traditione, vel tempore promiſſionis, ſi incipit a promiſſione. h. d. text. cū gl. ❡In tex. ibi, tpe oblatiōis. qn̄ incipit a traditiōe. ❡In tex. ibi, ſeu promiſſionis: q: incipit a conuentione. ⁊ redde ſingula ſingulis. ⁊ iſte tex. de promiſſione ſecundum accur. non eſt alibi, qui ita not. ſ. tit. proxi. §. accedit. in. l. vnica.

❡Lex decima.

f **Lege leonis.** Pactum [f] inequale reducitur ad equale per modū diminutionis, non per modum augmentati: non tamē reduciẗ per modum annihilationis. ſecūdum gl. q: lex debet interpretari vt valeat. non vt pereat.

1 ☞ Traditio inſtrumentorum, includit tacitum mandatum de agendo.
2 Vir, vtrum lucretur fructus paraphernalium.
3 Prouiſio hominis, tollit prouiſionem legis naſcituram, ſed non natam.
4 Prouiſio ſingularis in dote, non tollit prouiſionem iuris.
5 Dominus procuratori inſtrumenta reſtituenti inſtrumentū de ſuſcepto facere, an compellatur.

❡Lex vndecima.

g **Si mulier.** Marit⁹ pōt [g] monere actiōes para
h phernales [h] quarū ſibi ſunt tradita inſtr̄a, ⁊ exigere debita: pro quibus reſtituēdis bona ſua ſunt tacite obligata.: licet vſuras inde perceptas poſſit i ſuā vxoris vtilitatē cōuertere: niſi mulier al̄r ſibi p̄pexerit: q: p̄
1 uiſio hōis, legis p̄uiſionē excludit. h. d. hec. l. Nō habem⁹ hūc caſum
i alibi. ❡† Ex gl. no. duo. primo ꝙ traditio inſtr̄ox [i] includit tacitū
2 mādatū de agēdo, qd̄ multū no. Guil. de cug. ff. de pact. l. labeo. ⁊ eſt
k multū no. ❡† Scdō no. [k] ex gl. vtrū vir lucreẗ fruct⁹ paphernaliū. [l]
l gl. vr̄ dicere ꝙ nō de acceſſiōib⁹ intrinſec⁹: ſec⁹ de extrīſecis ſm glo.

❡Terti,